pium opus quod tua virtute laudabili incepisti prosequere et quem ipse tam
impia captivitate liberasti omnibus rebus dudum spoliatum in integrum
restitui cures ea tamen moderatione adhibita ut quantum bono modo
et cum deo fieri poterit sanguinis effusio caveatur quod volenti tibi
pro singulari prudentia virtute et auctoritate tua facile fieri posse non
diffidimus Nam ad perpetuam apud deum et homines gloriam cessuram
non dubitamus Nos autem ut fortiori vinculo iuramentorum filio predicto
Adolfo se valeant subditi sui eripere/ iubemus in presentiarum
incolis oppidorum Novimagensis Ruremundensis et Zutphaniensis
necnon ceteram huius inclusam, declarantes iuramentum huiusmodi
non astringi et iniquum opus sit eos ab eisdem absolventes
Sperantes autem ipsos receptis litteris nostris non obstantibus libera
mente predictis ad ducem suum redituros maxime si ad id tue
nobilitatis studium et voluntatem quod ut facias vehementer hortamur
senserint accessisse Datum apud Sanctum Petrum die xxiii marcij
1472 Anno primo

Sixtus papa Quartus

Dilectis filiis burgimagistris scabinis et consulibus oppidi Noviomagensis

Dilecti filii Salutem et apostolicam benedictionem relatione accepimus dilectum filium
nobilem virum Arnoldum ducem gelrie dudum contra
[illegible] in ipso filio nostro Jacobi Scotorum regis illustris avunculum
maternum divina ordinatione [illegible] et religiosos obsequio
dilecti filii nobilis viri Karoli ducis burgundie et brabantie
anno iam elapso ex impia et detestabili captivitate qua

G.A., HERT. ARCHIEF 26

eum proclamando natum filius suus pravorum consiliis seductus fere sex annis
continuis captivum detinebat liberatum fuisse versa quoque vice
filium ipsum tanti sceleris reum in custodia ad luendam penam
imputatam detineri accepimus preterea eundem Arnoldum aliquorum
opidorum castrorum ac vasallorum patrie pre dominia recuperasse
et ab eis prout iustum est debite fidelitatis iuramenta rece-
pisse non nulla tamen opida nec non ipse rumor est et vos
ex eis adhuc resistere colore ut fertur obtenso quia filio eius
fidelitatis iuramenta prestitistis Quia autem certum est iura-
mentum illud quod filio eiusdem non dum in potestatem reducti estis eo
tempore quo vobis constitit parentem ab eo sic captivum detineri vos
nullatenus obligasse et adhuc fore iuramenti vinculo quod
ipsis prestiteratis coram deo et hominibus ligatos detineri
Eorum devotionem vestram apostolica auctoritate tenore presentium hortamur
ac monemus et in virtute sancte obedientie nichilominus
requirimus et mandamus quatenus non obstante iuramento
predictis a quibus et vos ac quemlibet vestrum in quantum opus est
tenore presentium absolvimus et absolutos declaramus non obstante
et aliis excusationibus quibuscunque eundem Arnoldum ducem
iuramenta que ipsis eidem fecistis item eundem ac ducem
vestrum recipiatis eique sicut tali parere et obedire studeatis
ut meritum et fructum salutaris obedientie a deo
consequi valeatis ne necesse sit nobis per censuras eccle-
siasticas et alia iuris remedia contra vos procedere
que in tanti scandali rebellione et quidem sine dei offensa
sub dissimulatione aliqua postponere non possumus Datum
apud sanctum petrum die xx° marcii 1472 Anno primo